

Angers 50 (lat)

INCIPIT IUDICIUS DE HOMICIDIO |¹

Eveniens **illi** et germanos suos **illi** Andecavis civetate ante vero inluster **illo** comite vel reliquis raciniburdis, qui cum eo aderant, quorum nomina per suscriptionibus atque senacula^a subter tenuntur inserti, interpellabat alico homino nomen **illo**, dicebat, quasi ante os annis^b parentis quorum^c **illo** quomodo interfecisset. Interrogatum est sepedicto **illo**, quid ad hec causa darit in respunsis; sed hoc ad integra fortiter denecabat. Sic iuxta aptificantes sepedictis germanus visum est ad ipsis personas decrevisse iudicio, ut quatriduum^d quod evenit ipso Kalendas **illas**, apud homines xii, mano sua xiii, vicinus circamanentis, sibi simmelus^e in ecclesia seniore loci, in ipsa civetate hoc debiat coniurare, |² quod ad morte sepedicto numquam consentissit, nec eum occessisset, nec consciens nec consentanius ad hoc faciendum numquam fuisset. Se^f hoc facere potest, diebus vite sua de ipsa causa securus permaneat; sin autem non potuerit, in quantum lex pristat, hoc emendare stodeat.

INCIPIT NOTICIA AD SUPERDICTO IUDICIO

Noticia sacramenti, qualiter vel quibus presentibus. Adherent in ipso dia Kalendas Marcias. Ingressus est homo nomen **illi** in ecclesia seniores^g loci, Andecavis civetate. Secundum quod iudicios suos loquitur, apud homenis XII, mano sua XIII; iuratus dixit: „Per hunc loco sancto et divina |³ omnia sanctorum patrocinia, qui hic requiescunt, unde mihi aliquid^h homenis **illi** et germanus suos **illi** repotaverunt, quod parente eorum **illo** quondamⁱ interficisse[m] aut interficere rogasse[m], ipsum non occisi, nec occidere rogavi, nec consciens nec consentanius ad morte sua numquam fui, nec illud^j de hac causa non redebio nisi isto edonio sacramento, quem iudicatum habui, legibus transiui“.

Id sunt, quod de presente fuerunt et hunc sacramentum audierunt et hunc noticia manus eorum subter adfirmaverunt.

Facto noticia. |⁴

^asenacula] = signacula

^bos annis] für oss annis Fu₂, so auch Zeu; hos annus emendiert Mab

^cparentis quorum] lies parentes eorum

^dquatriduum] für quatrum in suum Fu₂

^esimmelus] = similes

^fSe] = si für set Fu₂, so auch Zeu, vgl. Angers 10, 11, 24, 29 und 30

^gseniores] d expungiert nach seniores Fu₂

^haliquid] für aliquid Fu₂, so auch Zeu

ⁱquondam] verbessert aus quodam

^jillud] lies aliud

¹[fol. 174^r]

²[fol. 174^v]

³[fol. 175^r]

⁴[fol. 175^v]